UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

XIII. Decembris. S. Ivdocvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

Visual Library

S. Ivdocvs, Iudicaëlis I. huius nominis Britanniæ Armoricæ, in Galliâ Regis filius, amore regis æterni, temporale regnum à fratre Iudicaële, qui ſucceſſerat, oblatum, ſpreuit, ſed verens, ne quod vltrò offerebatur, vel inuitus ſuſcipere aliquando cogeretur, ad monaſterium S. Maini, in quo à iuuentute enutritus fuerat, ſe recipiens, non longè poſt inde profugit, atq; ad ripam Alzei fluminis, in agro Pontino, conſtructo paruo tugurio, vnico diſcipulo contentus, monaſticam vitam, eamq́; duriſſimam egit: & pro terreno & caduco regno quod contempſit, cæleſte & æternum accepit quod concupierat, A.C. DCLIII. ipſis Idib. Dec. Cuius corpus virgineum, omniſq́; carnalis commixtionis contagione immune, ita ſaluum ac integrum permanſit in tumulo, ad ſexaginta ferè annos, ac ſi ſpiritus vitæ foret in eo.

Ex eius vita.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. IVDOCVS REGIS BRITAN. FILIVS, ORD. S. BEN.

Temporale regnum ſpreuit, monachus factus admiranda ſan-ctitate uixit; obijt XIII. Decemb. Ano DCLIII. Ei9 corp9 virgi-neum ita permanſit integrum in tumulo, ac ſi viueret.